Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26346
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ctiam principium ecclesiam plato commendauit. Tale est de quo
hic dicit. In principio erat uerbum. Ipsum quoque uerbum ita
erat in principio. quod erat ipsum principium. nam deus erat uer-
bum. Porro si principium omnia necesse est fieri. omnia autem
per ipsum uerbum facta sint. quis ipsum principium. Rationem suffra-
gatur auctoritas. Ipsum enim uerbum uidetur respondit. hoc
uerbum. Ego principium. qui et loquor uobis. In hoc principio.
creauit deus celum et terram. hoc est allegorice. unigeni-
to uerbo. quem in quo ut phibet apostolus. condita sint omnia
que in celis et que in terra. In principio inquit erat uerbum.
Intendite. Principium ad. iiii. solent referre sacra elo-
quia. sed ad tempus. ad numerum. ad fundamentum. ad dim.
ad tempus. sicut quod est. In principio creauit deus celum et terram.
ad latitudinem exponendum est. in recordio temporis. ad nume-
rum referunt ut ibi. Principium sapientie timor dei. i. primum
est timor. et secundum ordine suo alie uirtutes. ad fun-
damentum. sicut solemus dicere. In principio edificandi de do-
mus. substinendi sunt lapides quadratos. i. in fundamento.
ad dim. sicut in hoc loco. In principio erat uerbum. i. in
sinu dei patris erat uerbum. Vnde in psalmo patris persona dic-
ructauit cor meum uerbum bonum. i. de secretissima mea
substantia genui filium meum. Cum igitur audimus kmm in principio
principio. unum solum principium cogitare. non ita. tamen si omnia
facta sint per ipsum. quid quod aliud est a bono. posterius est bono.
ut potest per ipsum et a bono. Dic; quid de peccato dicemus. Hum
quid si omnia per ipsum. quid peccem per ipsum. Absit.